



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

consecrari : quænunc S. Blasij præfert patrocinium, intra urbis mœnia, & hodiè vocant ecclesiam in Burgo.

## C A P V T   X X X V I I .

**P**er quod tempus multi Italiæ magnates & populi, coniuratione inita, sese in libertatem afferere, & declaratum Cæsarem, cùm veniret, armis repellere constituerunt. Id cùm intellexisset Conradus, ( neque enim in Italia obscurum fuit ) veniens in Italiam, copiosissimum duxit exercitum. Constitutum erat, vt qui coronandus in urbem Imperator adueniret, duas in medio itinere coronas acciperet : Ex palea primam Modoëciu, ex ferro autem alteram Mediolani ab archiepiscopi imponendam : quod ad tempora vsg, nostra seruatum videmus: nisi quod primam accipit Aquisgrani, Romanorum ibi rex consalutatus : de altera Modoëcenses cum Mediolanensibus disceptauere : sed præualuit amplius Mediolani. Posteaquam verò se Imperatoris iuri ducatus substraxit, quid fiet, incertum est. Igitur Conradus rex Italiam ingressus, Modoëciâmme adierit, non inuenio: Mediolanum verò cùm venisset, armis est repulsus. Quamobrem agro vastato Mediolanum obedit. Cumq; Mediolanenses ipsi obstinati animis repellendo, obstinationes cerneret in toleranda obsidione, suburbia incendit: non prius indè se moturum minatus, quampriter incensam urbem æquaret solo. Sed dum in die Pentecostes, quod multi tradunt scriptores, archiepiscopus Colonensis Missarum solennia in vicina ecclesia celebraret, per spiritum vidit, Conradoq; regi aperuit, beatum Ambrosium Germanis excidium, nisi abscederent, comminari. Itaque Conradus, motis Mediolano castis, Romam veniens, aurea à Iohanne XIX. corona & Imperij titulis est ornatus. Italici proceres, quos aduersu-

Con-

Conrad  
rum in  
stere vi  
tia com  
dia imp  
omnia r  
quæs It  
cōpresa  
sesq; re  
apud Tr  
nactus.  
rum sed  
ratorem  
termisit  
perficit  
& obed  
re in pr  
hoc nom  
ditioner  
omnis S  
quo &  
qua vsg

**P**er  
gl  
eius loca  
in exp  
Italian  
rico Co  
cauit :  
filio nup  
rebellib

Conradum diximus coniurasse, cum potenti Germanorum in se exercitu, ut nouerant, ducturo proprijs resistere viribus diffiderent, & vandalorum, quos in Dalmatia commorantes sclavos vocant, Vngarorumq; præsidia implorauere. Sed dum illi tardant, Conradus, quod omnia rescisset, Roma profectus, pacatam post se linquens Italiam, in vandalos primò, post Vngaros duxit: cōp̄ressisq; eorū motibus, exercitū apud Treuiros, Metensesq; reductū, distribuit in hyberna. Tū verò Imperator apud Treuiros cōstitutus, gloriosi facinoris occasiōne est natus. Rodulphus Burgundionū rex, qui plurimas suorum seditiones pertulerat, quod apud Henricum Imperatorem facere voluit, & simulatione suorum illusus intermisit, cum nihil res emendarentur, apud Conradum perfecit: eius fidei regnum submittens, in illius ditionem & obedientiam concessit: Quod regnum ab Imperatore in prouinciam redactum, Burgundia Imperialis ex hoc nomen seruauit, licet potior illius pars ad Francia ditionem sit reuersa. Paruit tamen regi Burgundia omnis Sabaudia, & quicquid est citra Rhodanum, in quo & Delphinatus, & Valentenensis est comitatus, quæ usq; hodie sunt iuris Imperialis.

## CAPVT XXXVIII.

Per quæ tempora, Kanutus rex Danorum angelorumque, deuotione ductus, Romam & sancta eius loca inuisit. Scribunt tamen probabilius alij, quod in expeditione militari cum Conrado transferit in Italiam, reuersusque in Angliam, filiam suam Henrico Conradi Imperatoris filio in matrimonium collocauit: Conradus autem Imperator paulò post celebratas filio nuptias, Romā iterum venit, & ultionem de Italie rebellibus sumpsit. Ernestus autem Sueogrū (quos dicunt

Ale-

